

1184.

1296 d. 30 Dec.*)

Ärke-Biskopen i Upsala NILS ALLESSONS bref om Dom-Prosten Andreas Andes dispositionsrätt öfver en tomt i Upsala.

A. 3. 8. 4: 13.

Vniuersis presentes litteras jnspecturis NICOLAUS miseracione diuina Archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Noueritis quod cum aliquos fundos quibusdam Canonicis nostris assignaremus, quendam fundum in ciuitate nostra vpsalensi, prope communem stratam apud amnem situatum, habentem molendina nostra ad orientem, & ecclesiam nostram maiorem ad meridiem, viro discreto, ac in christo nobis dilecto Magistro Andree, nunc preposito ecclesie nostre vpsalensis, pro fundis circumiacentibus ab ipso, & per ipsum suis sumptibus comparatis, ex consensu & voluntate, Dilectorum nobis in christo, Dominorum de Capitulo nostro, quorum sigilla presentibus appensa sunt, assignauimus, & assignamus, perpetuo possidendum, Dantes ei nichilominus potestatem liberam predictum fundum cum structuris & edificijs, per eum in eisdem faciendis, ecclesiasticis personis, quibuscumque placuerit, donandi, legandi, seu alias qualitercumque visum ei fuerit ad honorem & seruicium ecclesie, disponendi, & ordinandi, pro sue libito voluntatis, In cuius rei testimonium, ac euidentiam pleniorum, vna cum sigillo nostro, sigilla premissorum dominorum Canonorum, De nostro vt supradiximus Capitulo, presentibus sunt appensa, Actum anno domini Millesimo. CC°. XC°. sexto, Tercio Kalend. Januarij.

Af 14 sigill hafva 2, 9, 10, 14 bortfallet; de öfriga äro alla andeliga.

1185.

1296 d. 31 Dec.

Stockholm.

Fru INGEBORG ULFS DOTTERS Bref om den öfverenskommelse, som ägt rum mellan henne och hennes aflidne man Åbjörn Sixtensson, om Klastad, Harökstorp, och Haranäs, samt qvarnar och fiske i Lindastad och Motala.

A. 7. 1. **).

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris JNGYBURGIS domini viphonis karlsons quondam filia domini aberni syxtenssons vxor salutem in omnium saluatore Naturalis instinctus non minus quam prudentum asserciones & exempla multipharie suadent & suggerunt vniuersis beneficia beneficiis compensare in tantum quod qui in alienis gratus accepta commoda negl . . .
in-

*) Till samma dag torde äfven föregående N:o 1155 böra föras.

***) Utur Konung Birgers stadfästelse, år 1297. Se följande N:o 1186.

ingratitude vicio laborare non immerito censeantur. Quapropter ne ingratitude huiusmodi vicio iudicer obnoxia consideratis immensis ac diuersis solaciis que dilectus maritus meus *dilectus* dominus abernus syxstenson *mihī per officium* coniugalis societatis in penderat grata quadam vicissitudine & recompensacione prout teneor sibi cupio respondere ex consensu & beneplacito dilecti cognati mei domini Th Knutzson illustris regis swechie *marscalci in quo* magnam habui fiduciam & *predilecti* fratris mei philippi vlfson ac petri rangwaldson cognati & responsalis dilecte filie mee birghitte sana corpore sanaque mente nec illecta nec inducta verbis *cuiuscunque ac de beneplacito* ac libera voluntate domino aberno marito meo dilecto si ipso superuiuente me mori contigerit sine prole ex nobis progenita superstite tunc siue non curias meas subscriptas videlicet clastadh . . *cum agris pratis siluis* pascuis piscariis colonis & molendinis in lindafors ac piscaturis cum ceteris mobilibus & immobilibus ad dictam curiam pertinentibus, haroxtorp agris pratis siluis pascuis ortis mobilibus ac immobilibus *ad eandem curiam pertinentibus cum molendinis in motalum & piscariis ibidem* haranes cum colonis & omnibus eiusdem curie, attinenciis & donacionem *quam in crastino nupciarum* nostrarum assignauit *que dicitur morghongiaef iure* penitus ac irreuocabiliter possidendas transferens in ipsum dominum & heredes ipsius quicumque fuerint dominium ac plenam potestatem *seu* proprietatem memoratas curias & bona possidendi *regendi commutandi* vendendi . . . & ordinandi ad arbitrium proprie voluntatis Si vero dictum dominum meum, & maritum karissimum me superuiuente mori contingat bona omnia supermemorata mihi & heredibus meis volo absque calumpnia et impetitione qualibet retinere, Ad huius igitur donacionis euidenciam ac plenam & irrefragabilem firmitatem sigillum meum, & sigilla supradictorum videlicet domini Th knutsons illustris *regis swechie marscalci philippi vlfssons dilecti fratris mei ac discreti viri petri rangwaldssons* presentibus sunt appensa, Ceterum vt hec mea donacio irreuocabilis existat & perpetuum robur optineat *firmitatis* illustris domini B *sweorum* gothorumque regis litteras humiliter peto in quibus ipse hanc meam donacionem ratificet, & confirmet, cuius interest secundum leges regni iusta moderacione procedere casus & *articulos quosque* in regno emergentes prout sibi videbitur & expedire dinoscatur ordinare Datum & actum anno domini M°, CC°, XC° sexto In die sancti siluestri pape & confessoris stokolmis.

1186.

1297.

Stockholm.

Konung BIRGERS stafästelse på föregående Fru Ingeborgs bref.

A. 7. 1.

BIRGERUS dei gracia sweorum Gothorumque Rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam Potencia principum recipit incrementum si fuerit in subditorum negociis fructuosa. Hinc est quod notum facimus per presentes Quod constituta in presencia nostra nobilis mulier domina Ingiburgis filia quondam domini vlphonis Karlsson vxor strenui viri Domini aberni syxtenssons nostra dilecta consanguinea maiestati nostre regie notificare curauit ipsam non minis aliquibus vel blandiciis seu precibus illectiuis inducta sed Magna beniuolentia & quadam sincera dilectione mota ex sua mera & plena suorum propinquorum voluntate dedit eidem dilecto marito suo domino A curias suas scilicet clastadha haroxstorp ac eciam haranes cum omnibus earundem curiarum attinenciis agris videlicet pratis nemoribus molendinis & molendinorum locis pascuis & piscariis infra sepes & extra longe vel prope positis A . . . jure irreuocabiliter & perpetuo possidendas prout in patentibus litteris super hoc confectis non rasis non abolitis non cancellatis nec in aliqua parte sui viciatis in audiencia nostra lectis sigilloque nostro ad ipsius instanciam sigillatis plenarie continetur in hec verba Omnibus &c. *Se föregående N:o 1185.* supplicans eadem domina . . . nostre maiestati humiliter & instanter quatenus eandem donacionem predictarum curiarum confirmare dignaremur vnde cum in omnibus iustis possibilibus & honestis petitionibus & instanciis fauorabilem consensum & facilem prebere debeamus & velimus prout regie semper conuenit maiestati Supradictam donacionem in qualibet ipsius parte ratam & firmam perpetuis temporibus esse volentes prout superius actum est ipsam presencium serie litterarum auctoritate regia confirmamus Inhibentes firmiter nihilominus & districte sub optentu nostre graciae, Ne quis nunc aut in posterum sepedictam donacionem aliquo modo impedire vel quomodolibet audeat irritare quominus robur habeat perpetue firmitatis In cuius facti perpetuam nocionem presens scriptum cum sigillo nostro, ac sigillis venerabilium patrum ac dominorum archiepiscopi & suorum suffraganeorum aliorumque magnatum de consilio nostro fecimus roborari Datum stokholmis anno domini M°, CC°, XC°, septimo.

Af sigillen 2, 5—9 samt det sista, större och mindre stycken kvar; af 1, 3, 4, 10, och det näst sista, remsorna kvar; efter 11, hvars remsa bortfallit, är ett stycke af brevets nedra kant, tillika med de derå varande sigill, bortfrätt. Brevet är på flera ställen utplånadt och i allmänhet mycket utblekt.